









676.

1671 8. 20

DEO ADSPIRANTE TRIUNO:

De

# TESTAMENTO

PER NUNCUPATIONEM

QVA TALEM, FACTO.

DISPUTATIO JURIDICA

Quam

*Consensu Magnifici Jctorum Ordinis*

*In illustri Academia ad Albim,*

PRÆSIDE,

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO

ATQVE EXCELLENTISSIMO,

VIRO

**DN. JOACHIMO NERGERO,**

Jcto & Antecessore, Professore Pandectarum Publico,

Curia Elector. Scabinatus & Facultatis Juridicae, Ejusque p.t. De-

cano Spectatissimo, nec non Judicii Ducalis, quod in inferioris,

Lusatiae Marchionatu est, Assessore Gravissimo,

**DN. PATRONO, FAUTORE AC PRÆCEPTO-**

**RE SUO IN ÆTERNUM DEVENERANDO;**


*exhibet*

**FRIDERICH CHRISTIAN KOLBE,**

Golm. Saxo.

AUTOR & RESPONDENS:

*Ad d. 17 Septembr.*



TYPIS MATTHÆI HENCKELII, ACAD. TYPOGR.

ANNO M. D. C. LXXI,





REVERENDISSIMO, SERENISSIMO  
AC POTENTISSIMO,  
PRINCIPI. AC. DOMINO  
DOMINO

# CHRISTIANO

Duci Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium,  
Postulato Administratori Episcopatus Martisburgen-  
sis, Landgravio Thuringiae, Marchioni, Misniae, nec  
non utriusque Lusatiae, Comiti Marcae, & Ra-  
vensbergae, Dynastae in Ravenstein &c.

PATRI. PATRIAE

*Domino meo Clementissimo.*

**hanc Disputationem Juridicam**

*Animo humillimo*

*dicat atq; offert*

*Subjctissimus Servus*

**Autor & Respondens.**



CHRISTIAN

1666

1667

1668

1669

1670

1671

1672

1673

1674

1675

1676

1677

1678

1679


1680

















<sup>1.</sup>  
Pergrime Doctissime atq; Politissime Domine Opponentis  
Fautor atq; amice Singularis  
Quod Politissima tua Præstantia me in præfenti materia  
exercere voluerit, gratias ago habeoq; maximas, Propter  
hoc offero tua Doctissima Sublimitatis studia mea promptissi-  
ma. Quod mihi gratulatus es, id quidem ego non meritis  
sum, sed tua affectioni tribuendum est. Ergo me, Ego animi  
mitus tuae Claritati felicissima apprecor, ut studio Difficili  
breui ad orlatum finem perducantur via, iam receptam  
argumentum tuae Claritatis et Respondeo. <sup>illud.</sup>  
talē.

<sup>2.</sup>  
Clarissime ac Doctissime Vir juvenis  
Quam iucundum mihi fuerit hætenus conversatio tua cum  
tua Claritate non possum satisfacere. deinde et hoc magni  
facio, quod munus Minorum Opponentium mei causa  
occupasti, affectio hæc est singularis, cui studia et officia  
mea erunt semper paratissima. deinde gratiarum actio,  
nem nullam ago, quin potius eandem in finem tua  
Claritatis de fero.



<sup>III</sup>  
Præcellens et Præclarissime Domine, Stempelii  
Focutor ac Amice plurimum honorande  
Magnum profecto et amoris et favoris argumentum  
duco, quod Per Eximia Claritas Sonorifica Sua præ-  
sentia partim, partim etiam doctissima, in discursu  
sum nostrum juridicum inquisitione testatum facere  
voluit. Eo vero admodum sociis gratissimam mentem præ-  
dicare habeo; ita nihil quicquam prætermittam eo-  
rum quibus studia tibi mea nunquam non probare so-  
tero, pro voto pio, pium refundo. Faxit Deus  
Opt. Max: studia ipsa quam felicissime cedant  
Aggredietur a. Per Eximia tua Claritas Disputatio  
reddere:



scriptum, Aliud **NUNCUPATIVUM** interpretes appellant:  
De hac publica dissertatione agere animo constitui meo; Cum au-  
tem juxta illud Antiquitatis pie diverbum Sanctum: Sine Divi-  
no Numine nihil est in homine: oro **DEUM** devotissimo pectore,  
ut vires mihi suppeditet, judiciumq; rectum suggerat, quò d. l.  
26. C. genuinum sensum indagare, & alia eò spectantia invenire  
possim, ad Divini Numinis Gloriam, ac qualequale publicum e-  
molumentum.

## CAPITIS PRIMI.

SUMMA.

*Lex de testamentariâ Successione iniqva  
non est.*



**U**m Christianismo imbuti Imperantes  
in eo omnem positam habeant cogitationem, ut ad  
normas divinarum & naturalium Legum suæ fixæ  
sint; non supervacuis labor erit, si paucis attige-  
ro; quæ adversaria Successioni ex Testamento scri-  
batur, enixusq; fuero omni ope, ut à moribus liberetur, quod  
in se iniqvitate nullam alit: jucundum enim valde accidit, ad  
metam, quæ præfixa, deproperare, si nihil obstaculi obtulerit sese.  
Vexant verò hoc negotium, *Bertrandus Argentanus Rodonensis*  
*Provincia Præses, Comment. in Consuetud. Britannia ad Rubr. tit. 22.*  
*Boër. in Consuet. Bituric. S. 4. tit. de Testam. Quarum rationes*  
*selegit D. Thabor. in Partitionib. elementariis Jurisprudentia Me-*  
*thodica P. 2. S. 26. fol. 62. & doctissime confutavit: cujus, ut me*  
*exerceam, vestigia legam & in compendifaciendis argumentis &*  
*horum, pro viriculis, refutatione: Obvertunt verò, quod illæ testa-*  
*mentariæ ordinationes litibus dent occasionem, hincq; faculta-*  
*tum interitum causentur: siq; cuivis, prout lubet, de bonis suis*  
*disponere licentia foret, hoc summam spiraret æqvitate: uti*

*Objectiones desumptæ  
a materia liti lymjn,  
feritū bonorum et  
defraudatione*



in Historiis laudetur Leucadiorum, & Locrensiū Decretum hoc: ut aeterno fideicommissio propinqui propinquis succederent: nec Argentraus sibi ab his temperat verbis: Miseri, quibus negotiosas illas solennitates, & acuminosa luxuriantis Reipubl. inventa nondum rejicere licuit: & Bodin. V. d. Rep. c. 2. Legem testamentariam iniquam vocat, quæ Atheniensibus quoque ac cæteris tum Græcis, tum Italis multarum in omnibus civitatibus conversionum peperit occasionem. Ubi R. primum testamentis falso attribuitur, quod vel ex protervia heredum vel oscitantia Notariorum est; nulla lis timetur, si testamentum jure factum committatur executioni Magistratus vel bonorum virorum, vel addatur clausula, ut jure, qui contra disputaverit, cadat suo: deinde æquum omninò est, ut quis, prout amor fert, suis consulat, cum plures moribundi suo labore quæsitā possideant bona, & non rarò à nobis nati malè sint meriti: dumque hereditas semel est adita, non audit amplius defuncti, sed ejus qui successit, patrimonium l. 8. §. 1. ff. d. Legat. 2. l. 54. pr. ff. ad SC. Trebell. Porrò unius atque alterius populi vel legi vel mori opponi poterunt firmata plurium Gentium Consuetudines, quæ tandem necessitatem legis induerunt: & puto innatum est, aut per discursum novimus, grave esse, Quintiliano pronunciante, ipsum patrimonium, in quod omne jus nobis permittitur viventibus, auferri morientibus. Nec circuitiones adamarunt Legislatores, dum certis solennitatibus, contra fraudulentiam, firmaverunt ultimas voluntates: acutis enim dolis & qui plus in recessu habent, quam primum præ se ferunt, omnibus modis obviandum; vanaque præsumtio est, cordatum Legislatorem suā lege eluxuriari velle: non igitur miserorum titulus quadrabit in illos, qui Majestatis Leges curiosè observant. Bodinus verò auscultandus non est, cum & toti Imperii nostri Statui semper sese opponat: Græci Italiq; in se tumultuantes seipsums perdiderunt; quorum conversiones malè Legi testamentariæ transcribuntur.

CAPUT

Ad senatus Consultum  
Trebellianum lib 36.  
tit 2.



Quae Objectiones refutantur: Distingueno inter illud quod fit per se  
et quod fit per accidens: 2. Exequatur Majestatis testamentum et  
auferat testator in eodem disputaturo suam portionem Sic saluum  
erit testamentum.



¶ Juris Consulti enim ut plurimum suis notationibus et verborum significationibus non tam ad verba quam res reficiunt. Imperator enim non vult, quod testamenti vocabulum sit conflatum a testatione et mente. Nam hac ratione etiam vestimentum, tegumentum et calceamentum a mente deduci et derivari possent. Sed vocabulum hoc est simplex dictum a testatione, mens vero doctorum denotat voluntatem, majoris sic tantum Laurentius Valla declarationis causa adiecit, ut ita potius allusio quam nominis derivatio sit. Si ergo definitio Grammaticè consideratur: elicitur hoc nomen a primitivo testis, unde testor, et hinc testamentum, a quo per extensionem syllabicam testamentum deducitur.

× Hic Sabimus causas testamenti internas et externas, tum per verba explicita tum etiam implicita. Internae sunt causa materialis et formalis, Externae, Efficiens et finalis. Materialis sic loquitur quae latet in illis verbis, de eo nempe in testamento disponitur de bonis testatoris formale est justa sententia, i.e. legibus consentanea, uti sequitur quod quis post mortem suam fieri velit. Efficiens est voluntas testatoris, Finalis latet in verbis hinc, quod quis post mortem suam fieri velit. Obiectio. In cuius testamenti definitione omisa est Seredis institutio, ea definitio vitiosa est, sed in hac. Ergo. Minor per se patet nullibi enim legere est de Serede. Major probatur ex ipsis verbis hujus. d. 1. in fine, nempe quod testamentum omnem vim habeat ex Seredis institutione. Respondetur. Distinguerendo inter illud quod omisum est materialiter et formaliter seu explicitè et implicitè quod ita applico, omisit Actus verba Seredis institutio, ea tamen formaliter habet in verbis justa sententia i.e. solenniter facta secundum Regulas juris.



## CAPUT II.

### Terminorum Rubrica hujus disputationis & de

l. 26. C. expositiones enarrat.

§. I.

**T**estamentum Imp. pr. l. d. testam. ordin. est testatio mentis, per notationem juridicam, cum coram testibus eo nomine evocatis, sensa animi declaremus: non video quid hic Laurentius Valla JCtis Romanis noceat; dum sibi fingit, si testamentum testatio mentis est, idem verum erit de calceamento: nam si perget Valla: excrementum ipsius erit excretio mentis Vallianæ: absit jocus & irrisio in verbis, ubi de mente disponentium constat. Definitur illud l. 1. ff. qv testam. fac. poss. Quod sit voluntatis nostræ justa sententia de eo quod quis post mortem suam fieri velit. Quæ definitio hæc enus bona judicata fuit, nisi quod Accursii glossema sequens Jesuita Molina Tract. d. Just. & Jur. cr. 2. disp. 124. n. 4. fol. 474. superadderet hæc: cum heredis Institutione directa: ac num. 5. hoc adferret Scholium: ex dispositione namq; Casarei juris adeo intrinseca est testamento heredis directa institutio, ut nisi expressè heres institueretur, testamentum esset irritum & inane. Sed quid refutat Morum Doctor in jure Romano, falcem suam in alienam messem inferens? Siq; refutare ipsi hic jus est, falsa refuter, non vera: justa enim testamentum est sententia, i. e. secundum regulas juris civilis factum l. 4. ff. qv test. fac. poss. jam inter regulas testandi & solennitas hæc est, ut heres instituat §. 4. Inst. d. test ord. Nec aliter ratio juris hic sibi constat, quin sub vocabulo justa, comprehendatur heredis institutio: quia testamenta vim ex institutione heredis accipiunt, & ob id veluti caput atq; fundamentum intelligitur totius testamenti heredis institutio §. 34. l. de Legat. hocq; est, quod Calpurnius Longinus Advocatus Fisci dixit: Non potest ullum testamentum valere, quod heredem non habet l. pen. ff. d. his. qvæ in testam. delentur. lib. 28. tit. 4.

§. 2. Versatur verò mea Disputatio non circa testamentum in genere, nec speciem regularem testamenti scripti, sed quod

A 3

per

verbis si dicitur  
testamentum ab  
omnibus contra  
tibus. Contra  
ctis enim inter  
vivos fiunt, et  
plerumque esse  
etiam suamant  
plurimum fortuant  
testamentum  
vero non aliter  
nisi post mortem  
sicut enim vive  
tis nulla e. sere  
ditas, ita testa  
mentum post  
mortem demum  
vires accipit  
Ant. Perez. 2. n.  
C. 5. t.





Nuncupatio nihil aliud est quam aliquid  
voce, seu lingua significare.

lib: 37. f. 11

per Nuncupationem dicitur *l. 8. §. final. ff. d. bon. posses. secund. tabul.* Ubi JCT9 Julianus vult: Ut scriptus à nuncupato herede & in scriptis confectū testamentum à nuncupato invicem separentur: Ipsiq; Imperatores *Theodos. & Valent. l. 21. C. d. Test. à testamento* per Nuncupationem factō scripturam, prorsus removent. Dicitur quoque per Synonymiam nuncupata voluntas *§. final. I. de testam. ord.* Addita sunt verba, *Quā talem;* ubi repetitam volo vocem Nuncupationis, & quidem reduplicativè, id est, ut verba illa reduplicantia sint formalis ratio, quā hoc testamentum discriminatur à scripto, ubi testator ultimam sui voluntatem scripturā seu literis complexus est *l. 1. I. d. testam. usq; ad §. final. d. l. 21. §. 2. C.* Illi verò scripto Interpretes suo verbo opponunt nuncupativum, ubi oratione & voce expressā ultimum elogium declaratur & heres coram testibus palām pronuntiatur, *d. §. fin. l. 21. C. d. testam. lib. 6. C. 27.*

lib. 27. f. 11

§. 3. Nunc enodanda verba *d. l. 26. C.* Sine scriptis testamenta: sunt verba parallela nuncupatæ ultimæ voluntatis: Observatio venit ab observare, quod est diligenter advertere *l. 19. ff. d. Offic. Præs. illa* igitur erit diligentia debita, cui culpa & oscitantia opponitur: Quid verò hîc formalis? nodus in scirpo non est quærendus, formalis n. observatio & sollicita & curiosa animadvertentia est juxta legem quæ illam olim requisivit, uti se Imperator satis explicat in fine *d. l. 26. C. Manifestari oportere* ultimum judicium quid sit, jam monui sub finem §. 2. præcedentis: ubi superaddo, quod heres palām nuncupandus non ille sit intelligendus, qui quasi in publicum sit exprimendus, sed qui ita clarè, ut ejusdem nomen testes exaudire possint *d. l. 21. §. quid est palam ff. d. testam.* poterat fortè huc spectare illud Svetonii in vita Horatii, decessit herede Augusto palām nuncupato, cum urgente vi valetudinis, non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas.

CAPUT



l. 8. §. final. in hoc §. finali testamentum in tabulis factum, est  
testamentum in scriptis factum, et opponitur testamentum  
quod fit per nuncupationem.

2. d. Quatalem, his indicatur, quod testamentum nuncupativum ideo  
talis fit, quia heres a testatore clara voce nunciandus est, et non  
in tabulis vel scriptura consignandus.

Sic Horatius Augustum heredem nunciavit, cum vi valetudinis  
non sufficeret signandis tabulis, Et Augustus Claudium heredem  
inter tertios, ac Senecam extraneos e parte sexta nunciavit.



Ad d. 1. Si in testamento scripto etiam nomen heredis exprimen-  
dum est, frustraneum enim testamentum nunciupativum jam  
prius est, per citatos duos textus Soc. d. 1. Ergo etiam posteri-  
us.

Connepro probatur quod testamentum scriptum et nunciupa-  
tivum non possint esse opposita species, cum eandem habeant  
differentiam specificam, nempe heredis expressio.

Respondeo ex d. 1. Cap. 4. verju: Sed Soc. ipsum, Et dico quod  
Antecedens non fit omne jure verum, jure quidem institutionum  
Pandectarum et Codicis nomen heredis etiam in scripto testa-  
mento debebat exprimi, sed hoc jure d. Nov. 119 cap. 9 muta-  
tum est, in quo Capite nono nulla necessitas imponitur testatori  
ut nomen sui heredis manu sua vel aliena exprimat, nisi  
sponte sua velit



### CAPUT III.

#### *Dubia contra hujus Testamenti existentiam*

*expedit.*

§. 1.

**T**Ralaticium illud, quod termini præter necessitatem non sint multiplicandi, hinc quoque sibi locum vindicare poterat: quæ enim necessitas, ut testamentum introducatur nuncupativum, ubi heredis nomen exprimendum, cum & in ultima voluntate scriptâ per manus testatoris vel testium nomen heredis exprimendum sit. §. 4. *I. d. testam. & in l. 29. C. eod.* hæc conceptissima verba sunt: jubemus omnino testatorem, si vires habeat, ad scribendum nomen heredis vel heredum in suâ subscriptione &c. ponere.

§. 2. Imò olim omne testamentum erat nuncupativum: sic enim Ulpian. in *Fragment. Institut. tit. 20. §. 8.* scribit: Nuncupatur testamentum in hunc modum: *Tabulas testamenti testator tenens, ita dicit: Hæc, uti his tabulis cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor: itaque vos Quirites testimonium præbitote: quæ nuncupatio & testatio vocatur: Ubi Ulpian. scriptum testamentum in fronte & sine verborum nuncupativum dicit: hinc scriptura & dictatura testamentorum sibi respondent l. 22. C. d. testam. lib. 6. C. 23.*

*Ad hunc §.  
Respondetur  
in l. 2. C. 23.*

### CAP. IV.

#### *Dubiorum resolutionem continet.*

§. 1.

**C**oncedo equidem illud axioma, quod, si res in syllogismum conjiciatur, vices majoris propositionis subit; verum quod in minori seu applicatione perdit vires suas. Multa enim impedimenta intervenient, ut quis solennitates scripti testamenti observare non posset, forte ob festinatum iter, propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres erant *pr. l. d. Codicill.* forte ob defectum testium in eo loco, ubi quis testaturus est; obque morbi vehementiam, quæ tamen mentis alienationem non inducit. Nec dubitandum *ex tit. 1. lib. 28. ff. & tit. 22. lib.*

*lib.*



lib. 6. C. & tit. 10. l. 2. Inst. ac eorundem librorum titulis sequenti-  
bus, quod duo testamentorum genera, scriptum ac non scri-  
ptum, maximam jurisprudentiæ Romanæ occupent partem:  
fateor equidem quod & in scripto testamento juxta d. §. 4. I. & d.  
l. 29. C. nomen heredis sive mediatè sive immediatè exprimen-  
dum fuerit: Sed hoc ipsum mutasse Justinianum Nov. 119. c. 9. cla-  
rè constat: Ubi missam facit illam nominis heredis expressio-  
nem, quod per eandem, ut superfluum subtilitatem, subruen-  
tur multorum ultimæ voluntates: Quod jus Novissimum unâ  
cum quinquaginta decisionibus Codici insertis, quin cæteras  
partes juris Romani corrigat, nulli est dubium d. Nov. 119. c. 9.  
Digesta enim Institutiones & Codex repetitæ prælectionis sibi fi-  
deliter respondent, vid. §. 15. Constit. d. Confirm. Digest. ad Sena-  
tum & omnes populos & §. 5. Constit. d. Emendatione Codicis.  
*Quod à Dn. Nicolao Reusnero Summo & incomparabili Jcto tract. d.  
testam. p. 3. c. 29. n. 6. fol. 669. quasi eadem sint in d. l. 29. C. d. te-  
stam. enunciari nomen heredis & scribi nomen ejusdem, aliter  
hoc erit, juxta præsuppositam differentiam specificam scripti, &  
non scripti testamenti.*

§. 2. Cum non unius significationis sit nuncupatio & nun-  
cupativum testamentum: facile subodorari licet, quod, si res Syl-  
logisticè tractetur, in argumento quatuor apparerent termini;  
hoc ipsum probo: scil. usurpatur Nuncupativum testamentum  
jam pro eo, quod fit sine scripturâ & tabulis: seu ut Molina d. l.  
disput. 126. n. 1. loquitur, ubi vocetenus testamentum sine ulla  
scriptura conditur: quod præter textus supra relatos statumi-  
nant. 1. 8. pr. ibi per nuncupationem suæ condant moderamina vo-  
luntatis. C. d. testam. l. 25. ff. cod. l. 9. §. 2. ff. d. hered. Inst. jam il-  
lud erat, ubi scriptura & obsignatio testium adhibebantur v. dd.  
text. Cap. præcedenti. §. 2. & §. 1. I. d. Testam. & quidem hoc testa-  
mentum olim præ illo frequentabatur ob fugiendam invidiam &  
metum insidiarum, argum. §. 3. I. d. pupill. substit. ubi Vultej. ad  
§. final. I. d. testam. n. 3. scribit: contrarium hodiè ferè evenit:  
nuncupatum enim magis frequentari quàm scriptum quotidiana  
docet experientia: & expressum est in Recessu Diætæ Colonienfis  
Anno



§ 2. Cap: 4 in dicto § 2. Cap: 3. testamentum nuncupativum  
non idem est, ac hoc nuncupativum testamentum de quo dicitur  
to siqdem olim nuncupativum testamentum erat, cui scriptura  
ra et obsignatio testium adhibebatur, quae tamen scriptura  
et obsignatio testium et nuncupativo necessaria non est.

scri  
um.



Ad 2. 1. Cap. 5. Quicumque confundit definitionem speciei  
cum Definitione Proprii, ille non est bonus Logicus, iam Dn.  
Auctor Confundit. Ergo.  
Respondeo: 1. Nego Minorem, quod speciem confundam  
cum proprio, ob haec verba in Soc 2. 1. Circa finem. non  
quidem ut huius naturam.  
Respondeo: 2. Non statim confunditur Essentia speciei,  
cum Essentia Proprii, si nomina Speciei et Proprii alte-  
rantur seu unum pro altero ponitur.



Anno 1512. habito Tit. von Testamenten pr. & in S. Mundie Form. Cujus differentia ratio apud Osterm. in suis Rationalib. ad Inst. ad d. S. final. d. test. mihi non displicet, quod hodie Natio sit innocentior: arg. l. 31. §. 21. ff. d. Edict. Edicto. ubi dicitur: præsumentum enim est, quosdam servos bonos esse, quia natione sunt non infamata: quosdam malos videri, quia eâ natione sunt, quæ magis infamis est: hinc apud Illum legitur: Si pejeret ille, quid novi faceret? qui perjurium ipsum sermonis genus putat esse, non criminis: Nec in d. l. 22. C. Verbum dictare captandum, cum commodè pro dicere sive nuncupare heredem, pro mea hîc substratâ materiâ, sumi possit ac debeat. vid. Calvin. in Lexico vers. dictare actionem.

## CAPUT V.

*De Communibus hujus Testamenti, cum eo, quod in Scriptis conficitur, tractat.*

### §. I.

NON putandum, dum hætenus duæ illæ ultimarum voluntatum species secretæ fuerunt, quasi inter se nihil commune habeant: cum enim in vitis Jctorum Romanorum, quos Henelius, Försterus & alii ad posteritatem transmiserunt, legere abundè sit, quàm illi periti fuerint Logices, dubium esse non potest, quin testamentum primùm consideraverint tanquam genus, & deinde hujus generis sæpe hîc tactas subjectas duas species ita effecerint, ut generis essentiam in qualibet illâ, juxta sanam Philosophiam, intactam reliquerint. Nec inficiari habeo, quin Jcti Romani, qui jussu MAJESTATIS in Republ. Templum justitiæ, i.e. Artem Æqui & Boni, condiderunt, pro modo ac genio Disciplinæ suæ, & pro ejusdem objecto varianti, prout ex totius Philosophiæ Practicæ partibus satis notum est, genera & species rerum excogitarint, quas ad *anp̄betav* Logicâ semper revocare vellet, superstitiosum foret. Hoc verò ideò in antecessum dicere debui, ne turbemur illis, quæ quidem testamenti in Scriptis sunt, communicantur tamen, citra specierum confusionem, nuncupativo

B

tivo







Si Propria Alicujus rei sunt incommunicabilia utiq; Propri-  
a testamenti scripti non poterunt communicari testamento  
Xuncupativo.

Antecedens probatur ex verbis On Respondentis; nempe  
quod propria rei soli insint, et cum ea reciprocatur.  
Connexio plana est cum Antecedens et consequens sibi neces-  
sario respondeant.

Respondetur: distinguendum est, quae primario talia  
sunt, et inter ea quae per quandam consequentiam.

Estne illa Spertingiana Philosophia ab Aristotelica.

Respondetur: in quibusdam B. Spertingius adorare noluit populi  
depresso Aristotelem, utin Agriis Supra coelestibus, in caetera  
Aeterna generationis.

Ad 2. Adhibeantur testes numero septem ad hunc finem specia-  
liter rogati. Quare autem praesertim septem et non duo vel  
quinque requirantur, cum tamen secundum jus Divinum et  
Expressam Dei sanctionem: in ore duorum vel trium testium  
stet omne verbum. Deut. 19 v. 15. Mat. 18. v. 17. Doctores quidem  
anxie quaerunt, et varias rationes proferunt; dicentes quod  
non tantum ad probationem, et pro veritate, sed pro solemnitate  
requirantur. Aliiter autem rationaliter imperator in  
l. fin. C. de fideicom. (lib. 6. f. 42) ubi ait: usu. ne falsitatis qd  
incurrat

Rogatos vero accipimus non modo si ab iniuria rogati sint ad testa-  
mentum sed etiam admoniti sint se adhibere testamentum l. 20.  
§. final. l. 22. §. 2. q. testam. fac. poss. Propterea Maximilianus  
in Constitutione de Anno 1522 Coloniae edita, statuit, ut illi  
testes non possint esse idonei, qui alterius causa rogati fuerint.



Id. l. 4. ff. Quod ad mod. testam. aper. satisfactum in hoc  
dubio in hoc §. 2. inter alia et hoc, quod testator non loquatur  
de testamento nunciativo, sed de scripto, quod Rubrica  
ostendit, sub qua lex quarta opposita est.

X licet enim testatores moriantur, eorundem tamen voluntas  
eosdem quasi immortales facit: sic in Historiis legimus, quod  
in suo testamento voluerit Carolus Magnus <sup>et</sup> Constan-  
ting Magnus Imperatores, qui quasi <sup>ad huc</sup> <sup>vivunt</sup> licet ante  
aliquot secula mortui fuerint.



ria: quod testamentum semel ritè factum morte testium non in-  
firmetur. Ponunt quidem hîc nodum durum, quod, dum ape-  
riendæ sint tabulæ, testes sigilla sua recognoscere necesse habe-  
ant *l. 4. ff. quemadm. testam. aperiant.* forteque testes mutabunt  
consilium suum *l. 2. §. 5. ff. d. Carboni Edicto.* ubi respondeo, quod  
testamento in Scriptis confecto semel per subscriptionem & ap-  
posita testium sigilla fides sit adserta, quam postea perfidus unus  
atque alter haud infringet: Vel forte aliis honestis viris præsen-  
tibus publicari poterit testamentum *l. 2. D. quemadmod. testam. ape-*  
*riant. Et optima traditio Dd. est ad l. 2. C. D. bon. poss. secund. tabulas.*  
quod etiam deperditum testamenti instrumentum per duoste-  
stes probetur satis: si hoc ita est, cur duo unà cū aliis nuper testame-  
to facto adhibiti testes publicationi cum effectu non interessent?  
*Bronchorst. miscel. controvers. Cent. 2. Assert. 15.* Sed hâc totâ am-  
bage hîc opus non est, cum testamentum nuncupatum nullam  
solemnitatem subscriptionis & sigillationis testium desideret: &  
quæ non existentia recognosci nequeunt.

§. 3. Alterum, ejus spicilegium facturus sum, est testatio-  
nis actus unicus; seu unus contextus §. 3. & *fin. 1. d. testam. i. e. ut*  
continuo tempore omnia peragantur: seu nullus actus alienus  
intermiscetur *l. 21. §. fin. ff. d. testam. ut enixissimam sui volunta-*  
tem satis declarare possit testator, seu uti *Bernhard. Schotan. Di-*  
*sputationibus anniversariis ad Instit. Disp. 16. thes. 3. scribit: Actus a-*  
alienus est, qui potest animum testatoris vel ipsam voluntatem  
turbare: vel ex quo præsumi aut metui potest subornatio alte-  
rius voluntatis. *Bene Oldendorp. in Præf. Clasm V. Actionum forens.*  
*fol. 804. habet. Quod vivi facimus dicimusve, id aliquando non*  
est magni momenti: & si quid displiceat, obvia nobis sunt emen-  
dandi remedia & formulæ. Verùm quod in causam mortis de-  
stinamus: id ita proponimus, ut post hanc vitam nunquam mu-  
tatum velimus. *X* Est enim testamentum typus quodammodo &  
figura immortalitatis, non ab hominis Authoritate, sed à Natu-  
ra ipsa profectum: nam quando anima, mens, & voluntas est im-  
mortalis, certè non debet etiam, quatenus ad bona attinet, cum  
mortali corpore extingui: itaque toti humano generi nihil esse

lib: 29 f 3  
De bonorum possessione  
secundum tabulas  
apit lib: 37. ff.  
in Cod: v. lib: 6. tit: 1

Ratio hæc est prima  
hæc est secunda ra-  
tio.  
Tertia ratio et actus  
ignans.  
Probatur hæc conti-  
nuitas actus Authori-  
tate Oldendorp  
testis locupletis.



potest aut jucundius aut utiliùs, quam ut voluntas regnet  
in bonis à testatore relictis, etiam extincto corpore, imò justis  
us id multò post mortem facit, redditâ jam cœlesti patriâ,  
quam in hâc momentanea & fragili vitâ. *Magnific. quidem Reusn.  
d. Tr. d. Testam. c. 29. n. 20. fol. 673.* aliquod discrimen constituere  
vult inter testamentum scriptû & Nuncupativum, quod hoc quidê  
continuato contextu i. e. uno tempore fieri, illud verò uno die  
scribi & altero testibus offerri, & ab his signari possit: Utitur  
que ad hoc probandum *Autoritate Synopseos Basilic. lib. 35. tit. 2.  
c. 16. & 17.* græcaque adlata verba latinè vertit: Verum enim &  
cum de Scripto Testamento d. S. 3. l. d. testam. verum sit, quod uno  
eodemque tempore & uno contextu fieri debeat; suspector il-  
lam differentiam: cum hæc temporis ac actus continuitas mini-  
mè ad tempus, ubi scribitur testamentum & à testatore ad fi-  
nem perducitur: sed ubi id testibus subscribendum & obsignan-  
dum offertur, referenda sit: *vid. Vinn. ad §. 3. vers. uno contextu  
l. d. testam.* Quod in testamento nullus actus alienus intermiscen-  
dus sit, nisi quem necessitas & valetudo testatoris requirit. *l. 28. C.  
d. t.* Doctores quidam admittere nihilominus contractus vo-  
lunt *per l. 26. ff. d. pignorat. action.* sed verior est negantium o-  
pinio rum respectu ipsius testamenti, quod sine intermissio-  
ne fieri oportet, tumque respectu testatoris, qui non nisi actum  
testamentarium peragit, contractus verò ad minimum inter  
duos fit *l. 19. ff. d. V. S.* nec dubium esse potest, quin per con-  
tractus preparatoria, constitutionem & consequentia, mens  
testaturi distraheretur, cui tamen propositum, arduum nego-  
tium ad totam familiam spectans summa cum curâ expedi-  
re: ipseque dissentiens *Voët. ad §. 3. n. 3. J. d. testament. dicit quod  
in d. l. 26.* contractus rationem pignoris constitutio non habe-  
beat, sed per modum legati consideretur, dum fortè secu-  
ritatem testator suo creditori  
legat.

CAPUT



In quo d. 3. citato clara sunt haec verba uno contextu, quin etiam  
singula verba probant, quod de scripto testamento agatur. Auto-  
ritas Synodus Basylicon in Romani seu Occidentali imper-  
io non est, autoritas, postquam enim Aquila Romana dicitur  
serat, se aliud erat Orientale seu Constantinopolitanum et  
aliud Occidentale seu Romanum, leges Imperatoris Constan-  
tini non erant latae civibus Romanis.

X Hoc sacratio vult, quod quia contractus inter duos celebra-  
tur: &c. g. inter venditorem et Emptorem, Embio a testatore  
non potest fieri in actu testamentario, quia neminem habet  
nec sapere debet.



Adse. Principi Oblatum. Hoc testamentum nullas requirit  
solemnitates, sola enim sufficit Principis Auctoritas et  
probatio.

Legiudiciale. Ex: o. si aliquis Professor vel studiosus moritu-  
rus testamentum domi factum apud Rectorem insinuaret  
ut in Archivis Academicis custodiretur.  
Ratio est, quia testamenti factio est jurisdictionis voluntaria,  
quae ut manifestatio etiam extra locum iudicij et per  
l. 2. d. Officio. Procons. tit. 16. libro 2.

Vel Unus. Hic videtur Auctor huius disputationis sentire quasi testa-  
mentum iudiciale et hoc fit, si ad domum Aegroti testatoris unus  
Assessor iudicij tantum eat, cum tamen citatum capitulum 22.  
Extra de probationibus duos testes idoneos requirat.  
Respondit verba mea unus atq; alter non sunt captanda cum  
in sensu conjuncto, accepta hoc praesertim indicent, quod testa-  
mentum iudiciale extra locum iudicij factum, si coram duo-  
bus Assessoribus vel Senatoribus vel Decurionibus conditum

fit.  
Vide Caput 2. §. 3. xpu quid formalis.

Patet sic, vitium esset Typographicum, cum legendum sit, sine  
scriptis, ut ex citatis textibus, et opposito Clarissimo apparet  
seu juris non scripti, porro ex xpu deinde hoc §. 3. indubitatum  
fit, quod nisi non scriptum testamentum sit principium  
Constitutivum.



## CAPUT VI.

### *Analysin Textus in d. l. 26. C. delineat.*

#### §. 1.

SUBJECTUM hujus Constitutionis & meæ tractationis non est testamentum Principi oblatum l. 19. C. d. Testament. quod omne suum robur viresque à Principis, id recipientis & approbantis, autoritate habet; Nec quod dicunt judiciale, seu ubi quis Actis publicat postremum mentis suæ judicium l. 27. C. eod. Quæ Acta putantur, sive in loco judicii ultima insinuetur voluntas, ob præsentiam & conscientiam judicis: Sive extra locum judicii, modò Scabini vel unus & alter Assessorum judicii adsit in domo testatoris, & testamentum postea inter Acta referatur c. 11. d. Probat. Reusner. Vol. 2. d. testament. P. 4. cap. 19. num. 16. Nec illud solenne in Scriptis, de quo supra: nec ullum Privilegiatum: Sed illud Solenne Nuncupativum, ita dictum, ob sui formalem rationem.

§. 2. Hoc ipsum, quò meliùs enodetur, considerari poterit, vel prout in esse suum producendum: vel ut jam productum est. Ibi offerunt sese essentialia, hic effecta; illa essentialia occurrunt, aliud κατὰ δόξαν seu indebitum, alia κατ' ἀλήθειαν seu vera, quæ iterum abeunt in communia ac propria: illud essentialiale olim debitum nunc huic testamento indebitum, scilicet formalis observantia, à Cesare amputata, consultò à me mittitur, cum de ea cap. 2. §. 3. sit actum. Nec de communibus illis denuò tractabo: *refero enim me ad Cap. 5.*

§. 3. Ingredientia igitur sive essentialia, seu solennitates essentialia nostri testamenti sunt; Primum SCRIPTIS FIAT: pr. d. l. 26. d. §. fin. Instit. d. testam. quo de ad nauseam supra discursus fuit: Ex quo indubitata fuit consequentia, quod, si postea hæc articulata testatoris vel testatricis nuncupatio seu pronuntiatio heredis literis exaretur; testamentum hoc ea propter non mutet sese in Scriptum: Scriptura

B 3

enim

*Uti est testamen-  
tum ad prias casus  
factum. Testamen-  
tum militum, t. t. Arist. d.  
testam. milit.  
et Rusticorum.*



lib. 2. f. 3. d. 22

enim hæc, cum ejo tanquam quantitatis per se nulla sit efficacia, non potis erit essentiam rei mutare: id quod declaratu facile est, si ex §. 9. Inst. d. I. N. G. & C. adsumas juris non Scripti definitionem, quod formaliter per tacitum consensum dicitur, cum diuturni mores consensu utentium comprobati legem imitentur. d. §. 9. & l. 32. §. 1. ff. d. legib. Hoc jus sine scripto veniens quin in scripturam redigi possit, & redactum sit, salva manente sui naturâ, quâ essentia Scripti Juris opponitur, nullum habet dubium §. 3. Inst. d. I. N. G. & C. & probant illa Feudorum Placita seu Consuetudines, quæ Collatio juris decima dicuntur. vid. Dn. Struv. Syn- tagm. Jur. Feud. Disp. 1. Posit. 7. (modò paucas excipias Con- stitutiones, Exem. gr. Imperatorum Lotbarii & Friderici 2. Feud. 52. 53. 55.) Sic Commentarii prostant in Consuetudines Britannia, Gallia, Mediolanensium, Bituricensium &c. quæ tamen ideò, quod scriptæ sint, à sui genuina indole non deflectunt. Deinde ex illo non scripti ultimi Elogii constitutivo principio inferre licet, quod ad hoc nuncupatione factum testamentum jamjam literis consignatum, nec relatione nec subscriptione nec subsignatione testa- toris vel testium sit opus, cum vim suam perfectissimam ex here- dis pronunciatione orali accipiat; de quâ dum ubertim constat, nulla falsitatis suspicio esse potest: propter quam aliàs in testa- mento scripto, subscriptiones & signacula adhiberi præcipuè solebant. arg. §. 3 & 4. l. d. Testam.

§. 4. Nunc succedaneum est alterum, quod utramq; facit paginam nostri Testamenti, nempe PROPALAM FACTA HE- REDIS ENUNCIATIO: id est specifico suo nomine heres clarè pronuciari debet. l. 21 ff. d. testam. l. 29. vers. <sup>lib. 6. f. 23.</sup> Quemadmodum C. eod. ex quo patescit, quod heres absens sit: præsentem enim quoquo modo demonstrasse sufficit: hoc est quod dicitur l. 58. ff. d. hered. Instit. Nemo dubitat, rectè ita heredem nuncupari posse: <sup>lib. 2. f. 5. d. hered. Instit.</sup> hic mihi heres esto, cum sit coràm, qui ostenditur.

lib. 2. f. 5. d. hered. Instit. hic mihi heres esto, cum sit coràm, qui ostenditur.

§. 5. Cum non tantum unus homo, sed & plures usq; in in- finitum, quot quis heredes velit facere, nuncupare liceat §. 4. Inst. d. hered. Instit. Ubi non Infinitudo intelligenda, quæ extrema non habet, sed est illa multitudo, ubi numerus heredum incertus est:

Cer-  
tan-  
des  
suc-  
c.



*Certus numerus heredum instituendorum nemini praescriptus est, sed, tantum testatoris arbitrio permittitur. quia Sabentur plures heredes pro una persona, defunctum enim representant et juris successoris sunt (l. 9. §. 12. ff. de hered. inst. (lib. 28. tit. 5) l. 24. de V.S. l. 22. de leg. jur.*



\* Ad l. 25. Clarum est ex Sac. Leo. 25. quod ille qui duos vel plures heredes sibi facere vult, et forte unum nominavit, ac deinde obmutuit, quod testamentum profus nullum sit, per rationem Iuris Consulti, quod initium actus testamentarij non fit omnis actus testamentarius, plures enim heredes voluit instituere, non vero unum. Deinde in textu nostra ratio est quod nemo papavorum pro parte testatus et pro parte inter status accedere possit.

\* Ad d. 6. Hoc d. sexto status quod aliquis non tantum sua voce sed et aliena et vicaria heredem sibi nunciare possit, Ex sententia probatur Autoritate judiciorum, id est quod in judiciis ita iudicatum fuerit.  
2. Probatum per Autoritatem optimorum Doctorum.  
3. Probo ego Autoritate juris. Et per l. 22. ff. d. testam. ubi heres quidem vocatus nunciandus est, an vero propria testatoris vel alie, nam Notarij Iuris Consultiq non dicunt.  
Deinde Synonyma sunt, quod quis pro se per alium facit, ipse fecisse videatur, uti in judicijs Advocati nomine suorum Clientium id quod loquuntur, et mente et ore Clientium loquuntur.



lib. 12. f. 3. lib. 6. f. 11  
est: arg. l. 4. §. 1. ff. d. in lit. jurand. l. 68. §. 1. ff. d. R. Vind. Non omit-  
tenda hic est quæstio illa: An, qui destinavit plures heredes pa-  
lâm nuncupare, & nominatis quibusdam voce defectus cæteros  
pronunciare impediatur, valeat testamentum? Sunt qui  
hoc adseverant per l. 29. C. d. testam. ubi illi tantum heredes sunt,  
qui manu testatoris scripti sunt, licet testatoris proprio chiro-  
grapho non sint subnotati: jam simile videbatur, ut & nuncupa-  
ti soli heredes esse deberent: Sed negantium sequenda est sen-  
tentia, per clarum textum in l. 25. ff. d. <sup>lib. 6. f. 11</sup> ex quo hæc adscribo:  
Si is, qui testamentum faceret, heredibus primis nuncupatis, prius  
quàm secundos exprimeret heredes, obmutuisset, magis est, cœpisse  
eum testamentum facere, quam fecisse: quæque sequntur, con-  
cordant, innuit enim Javolenus quod Labeoni, qui plurima in  
jure benè constituta innovare instituit l. 2. §. 47. ff. d. O. I. ac ferè  
obrectator alieni ingenii fuit, contradicendi Servio nulla cau-  
sa fuerit: Illius verò negativæ ratio est, quod nemo paganorum  
pro parte testatus & pro parte intestatus decedere possit, cum  
earum rerum naturaliter inter se pugna sit: l. 7. ff. d. R. I. seu jux-  
ta Philosophos, duo Contraria simul subsistere non possunt:  
Vid. Jacob. Godofred. d. l. 7. fol. 51. Nec adversatur d. l. 29. C. cum,  
ut manu testatoris vel testium nomen heredis scribatur, abroga-  
tum sit; Novell. 119. deinde maximum intercedit discrimen inter  
d. l. 55. ff. & d. l. 29. C. cum ibi ideò nulli sint heredes, quia testa-  
mentum non erat perfectum: hîc verò manent heredes, cum te-  
stamentum in suum esse productum fuerat.

§. 6. Sunt qui hic admittunt, ut quis testaturus etiam per  
alium nomen heredis palâm nuncupare possit: audi Magnificum  
Dn. Heigium ad. d. §. final. Inst. d. testam. à n. 6. fol. 182. Rectè au-  
tem queritur, an nuncupatio illa, per alium, quam testatorem ipsum  
fieri possit: ut si quis interroget testatorem, an velit Titium esse here-  
dem; & is velle respondeat, aut equipollentibus verbis affirmet, vel  
denique scriptum testamentum Notarius coram testibus recitet, & id  
approbet testator, an hoc modo testamentum consistat? videtur quidem  
subtilis testandi solennitas repugnare: Sed usu probata, & communi  
Dd. calculo recepta sententia est, validam esse ejusmodi voluntatem, nisi  
gravi morbo afflictus testator, difficulter respondere potuerit: aut minus  
congruè



congruè ad ea, quæ verisimile non est, ipsum ob festinatam interrogacionem & actionem totam deliberatè probare potuisse, responderit: Ubi Consummatissimæ eruditionis Jctus, testamentum tale interventu tertii factum ob Fori & Doctorum quidem interpretationem: sed non jure valere ait: cujus sententiæ lubentissimè accedo; reorquè posse eandem uno atq; altero Legum fundamento argumentoquè firmari: Etenim talis testator judicio firmo utens per vicariam adstantis Notarii vocem heredem palàm nuncupare potest, d. l. 21. ff. d. testam. Ubi quidem clara heredis pronuntiatio requiritur, sed an illa fiat ἀμέσως καὶ ἐμπύσως, sicut Jctus, & per silentium indicat, posse sufficere mediatam heredis nuncupationem, si modo nulla subrepat fraudulentia, quæ subesse nequit, cum inspectantibus & audientibus testatore & testibus Notarius suo hic defungatur officio: accedit, quod & solenne testamentum ab alio, jussu tamen testatoris, ordinari possit l. 21. pr. C. d. testam. per illud Brocardicum: facere aliquid per alium, perinde esse ac facere per seipsum. c. qui facit. 72. d. R. I. in 6. Mynsingerus quidem ad s. final. n. 4. Inst. d. Testament. ordinand. Adversariam hanc adfert: Quod si ab alio heres nominetur, & à testatore simpliciter approbetur, testamentum sit nullum: idquè ideò, quia pro formâ, præsertim in Recessu Imperii de Anno 1512. Rubr. von Testamenten §. über die Form (eines Testaments das Nuncupativum genant wird/ist also das der oder die / so das Testament machen will) requiritur, ut testator heredem nominet: forma autem cujusque rei accuratè, & adamusim servanda est. Verum hæc Mynsingeriana me à priori opinione non divertunt: cum forma illa informans in hisce moralibus & legitimis actionibus, etiam causam quandam adjuvantem admittat: cavendumque hinc ne confundantur duo distincta: nempe testator aliquis non sponte suâ, sed ad interrogationem alterius voluntatem suam ultimam declarat, & testator aliquis jam domi sibi pro suâ memoriâ consignavit heredem, quem nunc in publico per Notarium pronunciat.

X §. 7. Adfero ulteriùs aliam nobilem quæstionem: Utrum, si testator ad schedulam aliquam, ubi heredis nomen scriptum est, sese referat, testamentum nuncupativum censerì debeat? Id quod



Ad 8. 7. Questio tractatur, quod hoc non sit testamentum  
Nuncupativum, ubi testatur in praesentia testium, refert sese  
ad aliquam schedulam, in qua heredis nomen scriptum est.  
Rationes sunt, quia non constat ex hac relatione testes audi-  
unt nomen heredis, cum tamen hoc auditio praecise requira-  
tur.



*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*





11  
Additionator ad Colleg. Argentorat. n. d. testam. §. 22. fol. 333. cu-  
jus verba adscribo. Denique observandum, quod hodie invaluerit  
modus per nuncupationem etiam implicitam, relatione scilicet factâ  
ad schedulam, ita ut testator coram testibus se declaret, se eum here-  
dem aliaque fieri velle, quem & quæ in ea schedulâ scripserit, cujus-  
modi testatio, vi relationis sic accipi solet, ut perinde sit, ac si id, quod  
in schedula scriptum reperitur, in nuncupatione expressum fuerit:  
arg. l. 77. ff. d. hered. Instit. Confer. Berlich. 3. Conclus. 4. num. 25.  
diligenti tamen cautione adhibendâ, ne in supponendâ schedula ali-  
quid fraudis committatur. Hanc opinionem juvant l. 10. pr. ff. lib. 28-67.  
d. Condition. Institut. ubi dicitur: Cujus nomen Codicillis scripsero,  
ille mihi heres esto. & l. 38. ff. d. condition. & demonstr. Quantum  
Codicillis Titio legavero: in quo gemino textu testamentum &  
legatum valent: Accedit ratio, quod nihil referat, proprio  
nomine res appelletur, an digito ostendatur, an vocabulis qui-  
busdam demonstretur l. 6. ff. d. Reb. Cred. vid. Berlich. Part. 3.  
Conclus. 4. n. 25. §. & quidem fol. 39. Sed ego huic opinioni non  
suffragor, ab d. l. 26. C. & d. l. 21. pr. ff. d. testam. Ubi heres mani-  
festandus est testibus, & nuncupandus palam, ut exaudiri pos-  
sit. Quod autem palam non fiat, quod fit per relationem,  
provoco ad autoritatem l. 3. pr. D. de <sup>lib. 40-112</sup> ~~jur.~~ Fisci. Ubi cum qui-  
dam testamento suo ita scripisset: Vos rogo, ut in eo, quod à vo-  
bis petii, fidem prestetis, perq; D E U M, ut faciatis, rogo: quaerere-  
tur: an id palam datum intelligeretur? Julianus respondit,  
non apparet, quid ab heredibus ex hujusmodi verbis peti-  
tum sit: nec enim ille palam dat, qui ita scribit: rogo vos here-  
des, in eo, quod à vobis petii, fidem prestetis, l. 40. ff. eod. ubi in fin.  
pr. ratio additur: quamvis enim fundum nominaverit, non tamen  
cognosci potest, de quo sit rogatus heres, cum diversitas rerum ob-  
scurum faciat legatum. Deinde in l. 21. §. 2. C. d. testam. requiri-  
tur, ut testes testamentum sine Scriptura facientis vocè AUDIE-  
RINT jam tertio, quid audiendum testibus? Respondeo, ut voce  
sua testator nomē heredis manifestet l. 29. C. d. t. quod si observa-  
tum non fuerit, hoc testamentum non stat, verū. Quod si non  
fuerit. Illi vero objecti textus non de nuncupativo sed Scripto  
loquun-



loquuntur testamento: in quo bene ad schedulam aliquam re-  
tulit se testator; cum aliàs forma testandi observata fuerit: nec  
illa relatio ad schedam æquipollentium vices sustinet, cum i-  
gnorent testes, quem voluerit sibi hæredem testator: non ob-  
stat igitur *d.l. 6. ff. d. Reb. Credit.* neque illa Additionatoris ad  
Collegium Argentor. relatio satisfacit, cum eâdem, quid testa-  
tor ordinatum velit in schedulâ, haud innotescat testibus: ver-  
bo, deficit Relationis fundamentum, ratio fundandi & termi-  
nandi: neque hæc relatio, cum illa in venditione, quantum em-  
um emisti, quantum pretii in arca habes *l. 7. §. pen. & ult. ff. d. Emt.* simile quid habet, hæc enim satis certiorata est.

§. 7. Demùm *hoc cap* testamentum ut constitutum con-  
siderandum, ratione scil. effectuum: quos quidem exertis ver-  
bis ex *d.l. 26. C.* non consignavit Cæsar: ii tamen, quin ex aliis  
juris locis de causâ testamentariâ tractantibus, desumi pos-  
sint, dubio omni caret. Generalis effectus est, quod in se per-  
fectissimum firmumque constitutum sit, *d. §. final. Inst. d. testam.*  
quo innuitur, testatori plenissimam suppetiisse facultatem  
pro lubitu suo, bona sua devolvendi, ad quoscunque velit. De-  
inde si post fata testatoris heredi lis instituenda, consulto opus  
erit: an petitoria, an possessoria actio intentanda: *arg. §. 4. Inst. d. Interdict.* seu an petitorio vel possessorio ordinario, an  
summario procedendum: poterit utique quis vindicare seu  
petitoriâ actione experiri *§. 2. Instit. d. Action.* cum per additionem  
hereditatis vel per in hæc immiſsionem habeat dominium *arg. §. 2. Inst. d. hered. quæ sit. & differ.* modò instructissimus sit, lite  
negativè à reo contestata, jus in re probandi: *arg. §. 1. in fin. Inst. d. l. 1. & 1. ff. & C. d. rei vindicat.* Sin verò ad vindicationem nimi-  
um properaverit; deque probando jure in re nunc desperet, a-  
gat processu summario: per famosum textum in *l. 18. §. fin. ff. d. vi & vi armata. v. Terminus in Processu cap. 29. f. 147. Arnold. ab Hersolt in Adversariis d. Action. P. 2. Act. 10. fol. 145. Oldendorp. Cl. 5. Act. 5. f. 839.* Secundò conducibilis erit initiò statim interdi-  
ctis seu procesibus summaris agere: Quorsum spectat inter-  
dictum quorum bonorum, quo, qui bonorum possessionem agno-  
vit, contra eum, qui pro hærede vel pro possessore possidet, ex-  
peri-

lib. 4. Inst. d. Interdictis.

lib. 6. ff. de rei vind. et lib. 3. C. de rei vindicat.

lib. 13. ff. de vi armata. et lib. 8. C. de rei vindicat.



An Petitoria. Petitoria Actio realis, cuius fundamentum est vel Dominium, vel Pignus, vel Possessio, vel Servitus, vel Hereditatis petitio. Possessoria actio fuit etiam ex jure in re cum in iisdem de Possessione principaliter tractetur.

Si quis Actor Confidat, se fundamentum sue actionis probare posse, etiam si res litem negative contestaturus sit, bono esto animo, siq. forte tum ad probationem deventum est, diffidat juri suo, suspendat petitoriam actionem seu vindicationem, et instituat interdictam aliquod seu possessorem actionem.

Exhibet Advocatus ab initio secum deliberare debet, qui actione citius suam consequi possit suus Client.



X Lex sapē tendit, quod ille, qui pro se habet testamentum  
non vitiosum, quod iudex eundem in possessionem bonorum  
à testatore relictorum, interim intermittere debeat, quod  
beneficium etiam ad meum heredem nunciativum re-  
fero, ob rationes quæ habentur: Verbu: Verum n. Soc.  
2. Est quod examinat facta testium clarum fit, here-  
dem aliamq; à testare nunciativum esse.  
3. Quod hoc nunciativum testamentum, ex post  
facto fit literis exaratum, dicta l. vero final. Cogitur  
de scripto testamento: jam scriptum testamentum for-  
maliter ita dictum, et testamentum nunciativum  
in scripturam redactum habent inter quorundam con-  
venientiam.



lib. 4. 6. 25.  
peritur. §. 3. Inst. d. Interdict. ibique Schneidewin. v. Terminus in  
Processu c. 75. fol. 237. Contentio est, an beneficium l. final. C. d. E. lib. 6. f. 33. d. Echico  
dicto D. Hadriani tollendo; ex hoc nuncupativo testamento O. Hadr. tollendo.  
competat? videbatur prima fronte hoc negandum, cum d. l. fin.  
palmare sit requisitum, ut testamentum nullâ externâ formâ  
vitiosum producat: jam testamentum nuncupativo factum o-  
stendi nequit, cum sine scripturâ ejusdem essentia sese habeat:  
siquè regeratur, per depositiones septem adhibitorum testium  
redintegrari ac legitimari posse personam ejus, qui se institu-  
tum heredem dicit: huic ego non consentire possum; cum il-  
la testium examinatio temporis intercapedinem & tractum  
postulet: hoc est: quod Anton. Faber. in Codice suo ad d. l. final.  
Definit. IV. fol. 678. scribit. Defuncto eo, qui testamentum nun-  
cupativum sine scripturâ fecisse dicitur, si de hereditate con-  
troversia sit inter agnatum proximum, eundemque possesso-  
rum, & eum, qui se institutum contendit, certum est, nullam  
heredis testamentarii rationem habendam esse, priusquam  
testium, qui testamento interfuerint, testationes proferantur,  
quæ porro fieri non possunt, nisi legitimo herede vocato, &  
quæ sequuntur utilia apud Fabrum: Verum enim hoc me non  
mover, ut heredi nuncupativo inviderem remedium d. l. final.  
C. Præsuppono enim hoc fundamentum, quod per prolatas  
testium testificationes beneficium dictæ Legis Justinianæ  
prosit heredi: Deinde si assumam illud, quod non semel hic  
scripsi, quod ab initio testamentum nuncupativum vel in  
Scripturam sit redactum, vel statim redigi possit; nihil erit impe-  
dimento, cur hæres nuncupativus, mediante d. l. finali non sit imi-  
tendus interim in possessionem bonorum, usque dum contradi-  
ctor legitimus aliud apertè probaverit. Anton. Faber. d. l.  
Carpzov. lib. 6. tit. 2. Resp. 20. n. 2. fol. 1299. Dn.  
Richter. Disp. VI. ad d. l. final.  
C. fol. 168.

C 2

CAPUT



## CAPUT VII.

### *De summâ, Casuatione & Rationibus hujus Constitutionis dispicit.*

§. I.

**D**Um in compendium hæc *l. 26. C.* conjicienda est, sensus erit: Si restator aliquis heredem, qui bona ipsius habere debet, coram septem testibus expressè nuncupaverit, quod hoc in tantum sufficiat, ut ut prius testibus non edixerit, se sine scripturâ ultimum sui elogium promulgaturum esse. Quæ quidem brevitate & Laconismo verborum utendum esse didici: sed & hoc monitum fuit sæpè, videndum, ne brevitatis obscuritatem parturiat: seu ut Poëta canit;  
- - - dum brevis esse laboro  
obscurus fio.

Proinde persuasum mihi habeo, textum Legis alicujus ante omnia à capite ad calcem legi, relegiqvè oportere; deqvè singulorum verborum aut ad minimum difficiliorum sensu exactè constare debere, anteqvâ breviloquam legis sententiam comminisci possis: huc reor spectat *l. 24. ff. d. Legib. ubi dicitur, incivile est, nisi totâ lege perspectâ, unâ aliquâ particulâ ejus propositâ, judicare vel respondere.* Id est, dedecet judicem vel Juris Consultum habitum juris Romani præ se ferentes, ut rem in litem deductam ex paucis legis verbis decidere, aut Responso aliquo juris illustrare velint, facilè enim fieri poterat; ut adversarius rideat sententiam & Consilium, cum paratissimus sit excohesionem debita subjecti & Prædicati: itemq; ex antecedentibus, ipso tractandi negotio, ac consequentibus; eundo suâ curâ per totum textum, ostendere, graviter errasse judicem vel juris Peritum.

§. 2. Ex quâ præmissâ summâ ipsa facti species, seu Casuatio, uti loqvuntur, satis elucescit. Sunt qui in fingendis casibus ad Leges Codicis aliter atqve aliter sentiunt: Quibusdam enim



Multum prodest legis alicujus mentem in compendio quodam  
breui verborum percipere posse. Cavendum tñ. maxime ne illa  
breuitas aliqua obscuritate laboret, quam obscuritatem vitabit  
aliquis facile, si non particulam aliquam legis sed totam legem  
perlegat, ut eo felicius mentem illius indagare et brevibus  
verbis proferre possit, qui sensus est d. l. 26. ff. d. 44.

Ad d. 2. Videtur Auctor disputationis huius esse oblitus, qui in  
Pubrica Capitis huius septimi promittit se allativum casu  
ationem, quam tamen ob d. 2. non adjicit.  
Respondet inter sensum Explicitem distinguendo et implici-  
tum: implicite enim adest casuatio d. 2. ad quem se refert  
d. 2.



X In lege final: De constituta pecunia Imperator Justinia-  
nus beneficium divisionis seu dividende Actionis, quod manda-  
tibus et fidejussoribus Competit, extendit quoque ad ipsas  
constitutiones, et quidem ratione aequitatis, legum enim  
est ut inter eos, inter quos est eadem ratio etiam sit eadem  
juris dispositio.

¶ Ad. l. Falcidiam ibi tractatur Sic Casus, testator aliquis  
rogavit suum heredem, ut omnia legata in solidum legata,  
si exsolveret, id quod heres promisit, factum vero post  
mortem testatoris, ut heres detrectaret, integra legata  
solvere pretendens, quod alias suam quartam falcidi-  
am non possit habere. dicta lex hoc vult, heredem oportet  
sere fidem suam impleri, siq; exolverit legata integra  
quoad quartam falcidiam non esse minuenda, jam  
quaesitum fuit an idem juris sit, si heres caverit: ee,  
cautionem fidejussorem praestiterit, se integra legata  
praestitutum esse esse an frangere possit cautionem?  
Respondes, quod non de sumbo argumento quod non  
ab intentione rationis ad idem jus vi aequitatis.

lib: 4  
agit d  
tuta  
piae  
lib: 3

lib: 8  
tit: 4  
cap: 1





enim moris est; singulas Leges singulari Casu illustrare ac de certo individuo tractare: aliis verò alia sedet animis sententia, dum nauseant illam comminiscendi casus figuram, potissimè in illis Legibus, quæ in universum disponunt: Sed hæc opinioniones concordant, ut ut enim generaliter quandoq; scribatur Lex, hæc nihilominus vim suam in singularibus exercet, cum universales Leges singulos Cives tangant, quorum est, illis obedire. Ac rectè illi faciunt, qui Leges etiam illas Codicis ad certos Casus rescriptas, ad consequentias trahunt. Nervosè Ulpianus scribit l. 13. ff. d. LL. Quotiens Lege aliquid unum vel alterum introductum est, bona occasio est, cetera, quæ tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certè jurisdictione

lib. 4. tit. 1. §. 1. In quo ipse Imperator Justinianus præiit l. fin. C. d. constit. pecun. & l. final. C. d. leg. Falcidia; & quidem in utroque loco, ut dilatari possint Leges, Æquitatem assumpsit.

§. 3. Licet Cap. III. & IV. dubia quædam attulerim, iisdemque pro viriculis satisfecerim: non tamen puto à scopo alienum esse, si dubitationibus illis superaddantur quædam, ac enerventur. Dubitationes hæc sunt: prima: Quod hoc testamentum, cum quibusdam destitutum sit solennitatibus, testatorem de successore suo securum non reddat, eaque propter in nullam considerationem veniat: arg. l. 3. C. d. Emancip. liberor. Secundam & tertiam ex Vultej. ad d. S. final. n. 3.

lib. 8. tit. 49. Insc. d. testam. fol. 260. exscriptas exhibeo: In testamento itaque nuncupato testes sciunt voluntatem testatoris circa heredis Institutionem: in scripto plerumque ignorant: & certè ut id nesciant, plerumque etiam est tutius: Ejus Johannes Faber duplicem rationem adsignat, unam, ne hi, qui ex testamento aliquid sperant, odium concipiant adversus testatorem, ubi resciverint, se ex eo testamento nihil aut parum consecuturos esse: & alteram, ne hi, qui aliquid accepturi sunt, mortem testatoris captent, ejusque vitæ insidias struant, vel ut eocius hereditatem adipiscantur, vel quod metuunt, fieri posse, ut testator voluntatem suam mutet, cum ultimæ voluntatis

Hæc dubitatio prima  
2. Respondeo § 4.

Hæc secundæ  
dubitationi Respondeo § 5.  
herede in bono  
no et consuetudo  
nihil mali super  
candum fit, præ  
ser tim cum tam  
benevolam habeat  
testatorem, q  
eundem in bonis  
suis heredem  
instituit.

C 3



tatis stilus liber sit, usque ad ultimum vitæ spiritum. Huc usque Vultej:

§. 4. Quas objectiones elidere conabor hisce responsionibus, & quidem primam, quod licet testamentum hoc jam literis exaratum, exempli gratia subscriptione & sigillatione testatoris ac testium defectum sit, cæteræ tamen solennitates abundè firmant testamentum, ut de nullâ obrepente fraude metus esse possit: & quidni Princeps hanc testandi formam inducere potis esset, cum in testamentis Sibi oblato & judiciali omnes solennitates relaxavit, vi suæ Potestatis l. 9. C. d. LL. l. 9. C. d. testament. seu quatenus est Lex animata in suo Territorio, Novell. 105. c. final.

lib. 2. f. 14.

Ad §. 5. quæ sit mens  
sujus §. 5. in compen-  
dio quoddam fuit  
dictum et scriptum  
ad marginem  
§. 2. præceden-  
tis.

§. 5. Cæteræ duæ Vultejanæ rationes petitæ sunt ab odio, quo adversus testatorem nuncupantem flagrant, quibus nihil aut exiguum bonorum aliquando distribuendum; æquè voto vitæ insidiandi testatori, ut ocissimè vitam cum morte commutet; cui hoc necessariò inest, ne mutet semel factâ ultimâ voluntatè: Quæ tamen illud quod debent, improbare non possunt: nam si præsupponatur successuræ vir habitu virtutum instructus, ac Lutheranâ Fide & non ignavâ operâ, odium illud & votum captandæ mortis non per se, sed per accidens causabuntur: Testamentum enim hoc Nuncupativum, in quo omnia in propatulo, odium & animum inquirendi in vitam testatoris PER SE non continet, neque ratione causæ, neque ratione effectus: quis enim concipi potest tam crudelis & efferus, ut in tantum à se pepulerit innocentiam, ut eundem odisse non modò, à quo jure nihil exigere potest, sed & cui ob heredis institutionem plurimum debet, morte violentâ peremptum velit? imò in contrarium optimè sperandû de iis, quibus spes succedendi est, fore, ut obsequiosi esse allaborent, & reverentiam præstare illi, cujus bona jamjam cum suis facultatibus quasi adglutinaverunt, ne alios faciat successores. Neque textus juris l. Feud. 27. l. fin. C. d. Pact. cap. 2. d. Concess. Præb. & c. 2. 3. eod. in sexto. obstant: rectè enim respondit Dn. Struve Syntagm. Jur. Feudal. Exercit. VII. th. 5. in Scholiis. Neque prohibi-







Ad §. 2. in hoc §. inter alia Majestas Justiniani pro,  
batur ex jure Majestatico, quod legis lationem vo,  
cant.



prohibitio juris simpliciter nudam occasionem captandæ  
mortis aut desiderium mortis alienæ spectat: quippe quod a-  
vertere & præcidere in Legislatoris non est potestate: & aliàs  
nec sciente eo, de cujus hereditate agitur, pactum valeret: ac  
præterea in omni succedendi ratione ejusmodi occasio & de-  
siderium occurrere potest: Sed respicit jus desiderium singu-  
lare alienæ mortis ac votum procurandæ mortis, quod ex il-  
lius actus circumstantiis colligitur. Cum enim quidam de re  
ad se planè non pertinente & cujus acqvirendæ spes & singu-  
laris ex præmaturo pacto apparens affectatio, interverti pos-  
sit, dispositione domini aut morte ipsorum, qui pactum ine-  
unt, & quidem hi clandestinè sive ignorante eo, de cujus bo-  
nis agitur, inter se paciscantur, ideò præsumunt inde Leges  
nostræ civiles animi & consilii singularem malignitatem; &  
quæ apud Dn. Struv. sequuntur.

## CAP. VIII. Et ULTIMUM.

### *Tractat de Notabilibus ex Textu d. l. 26. C. resultantibus.*

#### §. 1.

CUM Doctores textuum juris resolutiones inter alia & No-  
tabilibus & Memorabilibus, tanquam flosculis quibus-  
dam, ornent, imitabor, prout modulus ingenii mei fert, hunc  
morem, & ex d. l. excerpam unum ac alterum memoratū di-  
gnum.

§. 2. Primum esto: Imperator Justinianus in sui jus Le-  
gislatorium nullum admisit socium: id quod ex vita Ipsius,  
quam Antonius Contius Ictus consignavit, abundè constat:  
inde hæc exscribo: IMPERIUM SOLIUS JUSTINIANI:  
Quatuor mensibus, Aprili, Majo, Junio, julioquè, cum Patre  
adoptivo in Imperii consortio confectis, & Calendis Augusti  
mortuo Justino, solus Justinianus imperium administrare  
cœpit:



coepit: Coniugem tamen Theodoram Augustam, supra quam se-  
xus ratio patitur, rebus se communibus & fovendis haereticorum  
partibus immiscente. Ubi Continus post excessum Justi-  
ni solum rerum Dominum Justinianum recte scribit. *Quae* ve-  
ro de Augustam addit, ea Quidam strigili committunt, non qui-  
de idem, quod Imperatrix haereticis fauerit, sed quod quasi de-  
facto se negotiorum Imperialium participem fecerit: cum ex ve-  
riori Historia incipiat, Theodoram illam, ut prudentissimam  
Feminam, quandoque admissam fuisse, ubi Leges condendae:  
erant *Citabo verba Goldasti Part. 2. Reich-Satzungen Praefat. an*  
*die Römische Kaiserin S. und befind man ibi Theodora bey Kay-*  
*ser Justiniano, welcher viel Recht und Gesetze durch ihr Angeben*  
*gemacht/die noch heutiges Tages in der ganzen wehrten Christen-*  
*heit einen üblichen Gebrauch und Autorität haben: Ubi rerum*  
*publicarum callentissimam non consortem Imperii, sed Caesaris*  
*Consiliariam Theodoram fuisse, vi Arcanorum Monarchiae,*  
*scribit. Et illi injurii in hunc Caesarem sunt, qui, ex illo Theo-*  
*dorae Consiliariatu Eundem uxorium fuisse clamitant: cum*  
*boni Imperatoris & Principis non sit, servitutum Imperii*  
*Uxoris ferre. In hanc utramque rem Dn. D. Svevus Professor olim*  
*Publicus in hac Alma Legum Famigeratissimus Velitat. Ultim. ad In-*  
*stit. Coronide quarta verè scribit: Nec quod uxori Theodoraè*  
*Cypro ortae; ejusque ingenio, quo vel Liviam Octaviani vel*  
*Agrippinam Augusti aequavit, aliquantum concessit, in ejus*  
*gratiam plura de commodis mulierum sancivit: Imò & Con-*  
*siliorum interdum Principem assumpsit. Novell. 8. c. 1. pr. inde*  
*eum prorsus uxorium fuisse, & Theodoram consortem Impe-*  
*rii habuisse affirmari potest: Nam tot Constitutiones & San-*  
*ctiones ab ipso solo emissae ac promulgatae: & tot gravissima*  
*bella ipsius suscepta auspiciis; denique Concilia solam ipsius Au-*  
*toritate indicta, in quibus & Eutychianos, frustra eos defen-*  
*dente Theodora, condemnavit, nullo negotio contrarium e-*  
*vincunt. Ubi Dn. D. Svevus nervosè ex Potestate Ecclesiasticam*  
*& Seculari ostendit, penes solum Justinianum Majestatem, so-*  
*cii aliam impatientem, fuisse, & quod precibus Conjugis, iniqua*  
*peten-*



11  
Hic Constantius iuris Consultus erravit, putans quasi impera-  
trix Theodora sua propria Auctoritate in negotia imperii  
se immisuerit, cum ipse Iustinianus eandem, ut pruden-  
tissimam Consultariam habuerit. quod Auctoritate Goldasti  
probativ, qui peritissimus iuris Publici ex Arcanis Mo-  
narchiae Iustiniani, Theodoram non consortem rectissime  
scribit.



Haec lex & C Non facit proceres imperij participes Maje-  
statis, sed tantum Confiliarius Caesaris, illustrabo  
hoc Exemplo nostri Serenissimi Electoris, qui extra  
omnem Controverfiam in fuis territorijs, respectu fuo-  
rum fubditorum, et Vafallorum inftar Monarchae est,  
et nihilominus in comitibus fuis adhibet status fuis ter-  
ritorij. In quibusdam diebus Elector & Confiliarii  
ut deliberent et Confulant, an bellum gerendum  
an lex aliqua fit ferenda, de quibus tamen negotijs  
status non concludunt, sed Solus Elector Serenissi-  
mus ob sui

Ad Notabile secundum: lex positiva sic est Princeps tollere  
legem, sed modo hoc admittat utilitas et neceffitas Rei,  
publicae praeter quas citatur

quae poterant ostendere quod jus naturale non fit mutabile  
hisdem satisfieri omnes gentes potest distinctionibus, nem-  
pe in essentiam juris Naturalis, quae apud apud  
omnes gentes una eademque est, et inter eosdem no-  
tariam in omnem ignorantiam



petentis, nihil detulerit: Qui verò tempore Justiniani Polyar-  
chiam defendunt, inter alia pro se citant *l. 8. C. d. legibus*: ubi *lib. tra. C. d. 44.*  
cautum videtur, ut impostero Procures Palatii & Patres  
Conscripti de Imperii Lege condendâ cum Cæsare partici-  
pent: Sed absit, ut in alium, quàm verba præ se ferunt, tor-  
queamus Legis sensum; Non enim Consortio sed consilio Se-  
natus ordinandam Legem, in fine dicitur: Siquè hic Senatui  
aliquid de jure Majestatico Legislationis communicatum, in i-  
dem erunt introducendi universi iudices, cum de his æquè ut  
de Proceribus sermo *d. l. 8. C. sit*: Rectè *Dn. Frantz. & d. Con-*  
*stitut. Principum n. 16. fol. 66.* habet: Nec quod *d. l. 8. de Consen-*  
*su Senatus* dicitur, eò referri potest, ac si Imp. Theodosius (vel  
Justinianus) sine consensu Senatus nullam Legem ferre vel pro-  
mulgare potuerit: simplex enim est illius loci sententia, prius  
in Senatu de æquitate novæ legis deliberandum esse, & post-  
quam omnes, putâ tanquam Consilarii inter se consenserint,  
consensum illum Imperatoriâ Autoritate confirmandum esse,  
quod luculenter *in f. d. l.* explicatur, ubi consensus ille disertè  
consilii, & in hunc finem adhiberi dicitur, quod id, quod cum  
illo fuerit ordinatum, ad Imperii salutem & gloriam non pos-  
sit non redundare.

II. Lex Positiva prior tollitur per posteriorem: *hæc d. l.*  
*26. C. ratio adæqvata est*, quod Majestatum Humanarum leges  
mutabilitati sint obnoxia *§. pen. Instit. d. I. N. G. & C. l. 32. ff. d. lib. 2. ff. 43.*  
*Legib.* in eo enim vertitur discrimen juris Naturalis & Civilis,  
quod illud perpetuò duret, hoc verò mutationem recipiat:  
nec immeritò, cum honesta & turpia, per se talia, circa quæ  
Moralia occupantur, nunquam alterent & mutant sese; Civilia  
aliter atque aliter se habeant, ob objectorum multiplicem  
varietatem. Dum verò Jctis Romanis aliud est jus Naturale  
Rationale seu Gentium primævum, & aliud Jus Gentium  
secundarium, *§. 1. & 2. Instit. d. I. N. G. & C. Quæstionis est*, num  
& Jus Gentium Secundarium sit immutabile? quod multis asse-  
rit *Bocer. Prefat. ad Lib. III. Instit.* ex quo sunt hæc pauca: Aut  
vera & legitima non est oppositio illa naturalis & Civilis juris,  
aut si justa est illa, certè per Naturale jus significatur quoque  
D jus



Jus Gentium Secundarium: alioqvi enim omnia censetur illa  
juris species, quæ jus Gentium secundarium continet, quod  
maximum esset vitium, teste Cicerone I. *Offic.* in dividendo a-  
aliquid præterire & c. hæc ille. Quam cum Dn. Bocero ego quoq;  
immutabilitatem juris Gentium Secundarii statuo, sed non in  
universum, cum enim partem maximam hypothetica sint, quæ  
juri Gentium subjacent, ac eadem in applicatione quandoque  
usui non sint, nulla alia conclusio esse potest, quàm quod cen-  
sum mutabilium augeant: Cæterum Principia, Theses, & Re-  
gulas, quæ juri Gentium substernuntur, semper excepero: au-  
di *Corvinum in Aphorismis ad Pandectas d. just. & jure p. 8.* ea o-  
mnia (ad jus Gentium secundarium spectantia jam relata) ob  
utilitatem, pro rato jure inter omnes gentes semper habita  
sunt atqve usurpata; Sed vicissitudini sunt obnoxia: & pro di-  
versis Rerumpublicarum formis, temporum atqve opportu-  
nitatum præsentium rationibus, aliter atqve aliter habentur:  
cum salus populi in iis suprema lex sit: *Cic. d. Legib. I.* Quæ ita  
intelligenda, non ut principia & theses, ac regulæ juris Gen-  
tium Secundarii contrariis principiis ac regulis mutantur.  
*l. 188. ff. d. R. I. l. 8. ff. d. cap. minut.* Sed ut in hypothesebus (ut  
jus Civile constituitur *l. 6. ff. d. Just & Jure*) ab earundem te-  
nore recedatur *l. 1. §. fin. ff. d. Constit. Princip. l. 8. §. 1. ff. d. R. I. l. 3.*  
*ff. depositi. l. 8. C. d. judic. lib. 3. C. d. f. autem d. 1. 1.*

lib. 26. c. 3. ff.  
Cod. lib. 2. c. 34.

III. Ex Majestatis Placito solo non est, ut in solenni testa-  
mento septem adhibeantur testes. Scio equidem, quod, quoniam non  
tamen citra calumniam statuum, jus Romanum sola absolvi o-  
pinione, scuto hoc sese tueantur, quod Majestatis voluntari-  
um sit præcisè testamentis solennibus adhibendos esse septem  
testes: Sed piaculum mihi esto, à Cæsare Justiniano, ubi de  
sanis cavet, recedere: solennia enim illa testamentorum hoc  
numero erant firmanda, cum hætenus testamentorum jura  
multis fraudibus ludibrio habita fuerint: nec ignorabant Le-  
gislatores Romani, juris esse Naturalis, testatorum ultimas  
voluntates non iniquas observari oportere: quæ cum mul-  
torum machinationibus sint obvia, facile vehementi Le-  
gum

Ad  
§. 1.  
Re  
C  
Som  
ad





Ad III. Obiectio est Quod lex nisi placitum Principis sit.

§. 6. n. d. iure N. G. etc.

Respondes. Placitum hoc non nudum ac arbitrarium seu  
cerebratum, sed quod secum ponit Regulas justitiae et  
sonestatis, potest etiam pro numero Septenario festium  
ad huc illud, quod habetur §. 1. d. testam. Ordinand.



*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

D  
P  
T  
E









*Ad Clarissimum*  
DN. FRIDER. CHRISTIANUM COLBIUM,  
Amicum & Fautorem meum  
*publice*  
De Testamento Nuncupativo  
*disputantem.*

Vade bonâ scævâ, quò Te Themis inclita ducit,  
COLBIADÈ, Generis gloria magna Tui.  
Cognitus ipse mihi Pater est, quem tollit ad astra  
Eusebie, Golmam dum sacra verba docet.  
Qvi PATRUUM cantem, quem munia magna celebrant,  
Qvem reddit clarum Nobilitatis honor?  
Sic cum laude legis vestigia clara Tuorum:  
Perge viam studiis Diva secunda favet.

*L. M. Q. aurox.*

M. JOHANN. Peißker/P.L.C.

& Scholæ Senatoriæ Witteberg.  
Rector.

---

Herr Kolbe zeigt uns eine Probe  
Von seinem künfftigen Meisterstücke/  
Wir wünschen Ihm dazu viel Glücke/  
Und wollen noch zu seinem Lobe/  
Wenn er den guten Vorsatz wird volziehñ/  
Was bessers Ihm zu tichten uns bemühñ.

M. Martin Stempel.

Maa



### Madrigal

**W** Er seine Lust in schönen Büchern suchet  
Und allen Tantz der Schädlichkeit verfluchet  
Der wird dafür des Vaterlandes Nutz  
Und seiner Freunde Schutz/  
Wenn irgendwo Gefährlichkeiten streichen/  
Dass er so dann durch seinen guten Rath  
Und klugen Witz ihn an die Hand kan gehen/  
Und so wird es umb ihn gewiß auch balde stehen/  
Weil hoher Freund/ die kluge Musenthut  
Den ersten Grad hierzu gewißlich wird erreichen.

Melchior Stiegleder.

**W** Er seinen munttern Sinn und wachendes Gemüthe  
Zusamt der jungen Zeit/ als seines Lebens Blüthe  
Auff freye Künste legt / der holet auch den Preis  
Den keiner ohne Müh/ so leicht zu finden weiß  
Denn wenn der faule dort in Unverstande lieget  
Und nichts als Ungemach/ für seine Thaten krieget/  
So hat der diesen Lohn: Es wirbet ihn die Kunst  
Nur lauter Gnügligkeit und hoher Leute Gunst;  
Und dis geehrter Freund/ wil er auch eben zeigen  
Weil sein beredter Geist muß zu den Musen steigen/  
Er macht sich diesen Ruhm der schon im Schwange geht/  
Dass nehmlich seine Kunst in vollem Flohre steht.

Welches auff Begehren schuldiger maassen seinem  
werthgeschätzten Freunde zu Ehren bey-  
fügen wolte

Johann Gottfried Burchart.

**W** Als muntre Seelen sind/ die achten nicht das schwinzen/  
Sie eilen immer fort nach des Parnassi Spitzen/  
Woselbst Apollo wohnt/ daselbst muß auch ihr Sin  
Nach Adlers schneller Art sich immer zwingen hin.

So



So gehets Ihm auch mein Freund / sein' edle Tugend-Sinnen  
Die zwingen sich empor nach Heliconis Zinnen  
Die Themis bringet schon zu seiner Tugend Lohn  
Und zu beehren Ihm die wohlverdiente Krohn.

Diese geringschätzige Zeilen setzte Hn. Friedrich Christ-  
stan Colben J.U. Candidato, seinem höchstschätz-  
bahren Gönner und vielgeehrten  
Freunde  
Johann Spicker / Lubecens.

**T**estamenta valent sine scriptis, Optime KOLBI,  
Velle suō latō septenis testibus ore.  
Non sine prudentum scriptis commenta probantur.  
Sed grave cui volupe est & Apollinis Attestatum;  
Addecet hunc aures, animum, omnem denique mentem  
Perdius ac pernox avidè applicuisse Camœnis,  
Totos atque suos annos his esse professum,  
Qvò ferat hinc res priya suam res - publica fructum.  
Tunc meritò feret à millenis millibus unum  
Hoc Attestatum : **VOLET HICCE PER ORA SOPHORUM**  
Dum tu, mi KOLBI, consanguinitate propinque,  
Hoc facis, & facies, precor hinc TIBI lauta brabeia.

*His meritò assurgere ut debuit voluit dulcissimo*  
*Domino Matruei suo*  
JOHANNES FRIDERICUS Haupt.

**A**rte ac Marte patent aeternæ Limina laudis  
Sedulitas venum fecit honoris opes:  
Justiniani, COLBI, qui Juris amator  
Hactenus es, meritò præmia Laudis habes.

*Ita applaudit disputaturo*

Michael Frid. VVintzler.





ULB Halle

3

001 554 379



SB


1011











B.I.G.

Farbkarte #13

1671 8 20  
RANTE TRIUNO:

# MENTO

UPATIONEM  
EM, FACTO.  
IO JURIDICA

*ici fctorum Ordinis*

*ESIDE,*  
*SIMO, CONSULTISSIMO*  
*LLENTISSIMO,*

IO NERGERO,

fessore Pandectarum Publico,  
Facultatis Juridicæ, Ejusque p.t. De-  
Judicii Ducalis, quod in inferioris,  
est, Assessore Gravissimo,

TORE AC PRÆCEPTO-

NUM DEVENERANDO;

CRISTIAN KOLBE,

n. Saxo.  
RESPONDENS:  
Septembr.



INCKELII, ACAD. TYPOGR.  
D C. LXXI,

